

uester misericors est.

**¶** Secundo debet nos mouere exēplum quod ab ipso proponitur de samaritano.

**¶** Tercio debet nos mouere supplicium inferni / quod euadit. **¶** Quod iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecerit misericordiam.

**¶** Quarto mouet nos promissio quod in celo acquiritur. **¶** In **Matheo. v. Beati misericordes. quoniam. &c.**

**¶** De mansuetudine. **xlvi. ca.**

## **Octauus fructus est fructus mansuetudinis.**

de quo supra dictum est tractatu de beatitudinibus / in capitulo de mititate. id est de ipsa parum est hic dicendum. **Et** breuiter est notandum quod mansueti.

**Rarius** informantur.

**Rarius** impugnantur.

**Altius** eleuantur.

**Amplius** venerantur

**¶** Primo igitur mansueti clarioris informantur. **Exemplum** de discipulis. **Unde** iacobus in canonica sua. **In** mansuetudine suscipite in situm verbum.

**¶** Secundo mansueti rarius impugnantur. **Sicut** enim videmus cōiter quod non impugnantur nisi castra alta et altius eleuata: sic etiam videmus quod leo et canis non inuadunt hominem / si inuentant ipsum iacentem vel sedentem supra terram. **¶** In **psal. Mansueti hereditabunt terram: et delectabuntur in multitudine pacis:**

**¶** Tercio altius eleuantur. sic patet de christo qui venit ad nos mansuetus **Matheo. xxi.** sicut patet de beata virgine et multis aliis. **¶** In **psal. Exurgit in iudicio deus: ut saluet omnes mansuetos terre.**

**¶** Quarto mansueti amplius honorantur. **Exemplum** habemus a christo de recumbere in nouissimo loco.

**¶** In **psal. Suscipiet dominus mansuetos.**

**¶** De fide. **xlvi. capitulum.**

De fructu fidei fo. xcviij.

Nonus fructus est fides: de quo

dictum est in tractatu de virtutibus in capitulo de fide  
et ideo nichil aliud est hic dicendum nisi quod fides est.

Sicut fundamentum ad sustinendum. **¶** Primo igitur

Sicut argumentum ad concludendum. **¶** Sicut instrumentum ad ascendendum.

enim videmus quod natura quam vult producere plantam primo ponit radicem. sicut quod edificator facit domum: primo ponit fundamentum.

Similiter in moralibus si aliquis vellet edificare bona opera debet subponere fidem: quod est ut petra durissima et totum spirituales edificium fundamentum.

**¶** Et ideo dixit dominus per Mat. xvi. Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et nota quod dicitur super hanc: quod fundamentum aliud nemo potest ponere nisi illud quod positum est quod est Christus Iesus. i. cor. iii. Et ideo si quis edificat super istud fundamentum edificet. quod ait apostolus. Sine fide impossibile est placere deo.

Secundo fides est armamentum ad euadendum. est enim sicut scutum militare. scutum autem militare habet superficiem et tres angulos. et portatur a parte sinistra contra aduersarium et a parte cordis ad protegendum ipsum: et ratione signi habet representare deum. sic reuera fides catholica est ad repellendum aduersarium cum tribus ceteris: ad protegendum animam cum tribus poterit ad confitendum deum in tribus personis.

**¶** Et ait apostolus Ephe. vi.

In omnibus sumetes scutum fidei etc.

Tertio fides est sicut argumentum ad concludendum non sicut argumentum dyalecticum quod procedit ex probabilibus: aut sicut argumentum tentatiuum quod procedit ex his que videtur probabilia et non sunt. sed est argumentum apotheticum. i. faciens scire.

**¶** Hunc igitur enim aliquis sapiens

per suam scientiam potuit peruenire ad tantam scientiam de deo et creaturis: ad quanta venit simplex pescator petrus: cum dixit. Tu es christus filius dei uiui. Unde per istud argumentum probatur unitas diuine essentie/trinitas personarum/unitas prime cause/ et multiplicitas creaturarum/pietas matris/multiplicitas gratiarum/et multa alia que christus et eius discipuli per istud argumentum demonstrabant. Nam per istud argumentum probatur demonstratiue illuatio cecorum/ambulatio claudorum/auditus surdorum locutio mutorum/erectio siue extensio aridorum suscitatio mortuorum. Et ideo dicebat christus in Mat. Si opera non fecisset in eis que nemo alius fecit: peccatum non haberet. Et ideo uolens apostolus diffinire fidem ait. Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium. Hebre. xi.

**¶** Quarto fides est sicut instrumentum ad scandendum. Et demus ei que naturaliter omnes res habent locum proprium ad que naturaliter tendit per suam naturam. sicut grauium habent locum deorsum ad que per naturam grauitatis naturaliter descendunt. Leuium autem habent locum sursum ad que per naturam leuitatis naturaliter ascendunt. Homo cum sit omnium creaturarum corporaliu nobilior: habet locum super omnia corpora/ ad que locum ante peccatum poterat per gratiam ascendere/ quous non posset per naturam totaliter: sed propter peccatum: gratia fuit sibi ablata/ et natura totaliter sauciata. et ideo ad hoc que possit ad locum proprium remeare: indiget instrumento quodam quod instrumentum nullius per suam sapientiam vel uiam potuit fabricare propter christum: qui fabricatus est aurore et sole. ideo omnes qui saluati sunt per ministerium ipsius christi scilicet per fidem saluati sunt/ que quidem est uelut una scala per quam ad celum ascendit: continens duodecim gradus. i. duodecim articulos per apostolos declaratos. iuxta numerum. xii. celorum incipiendo ex aere qui celum dicitur usque ad celum empi-

**De gñali iudicio fo. xcix:**

reum: i quo dnodenarius nñerus teriaf. Latera aut  
istius scale sunt diuinitas z hñanitas. Ista aut scale  
fuit per xpm deñ z hoiem fabricata: sed nobis fuit p  
duodecim apostolos reuelata. Ista est scale quã vidit  
iacob patriarcha / cui? cacumẽ p̄gebat ad celũ: cui  
etiã dñs erat inxrus / p̄ quã ascẽdebãt angeli z descẽ  
debãt. De ista scale dicit aug. in sermone a scẽsionis  
Ascẽdamus interim corde. i. fide vt cũ dies p̄missus  
aduenerit: sequamur in corpe. ¶ De modestia.

**Decimus fructus est modestia.**

De isto fructu i tractatu de tẽperãtia dictũ est: z ideo  
ad pñs nichil est dicẽdum. ¶ De p̄tinẽtia.

**Undecim fructus est p̄tinẽtia.**

De isto fructu in tractatu de consiliis / in capitulo de  
castitate siliter dictum est. ¶ De castitate.

**Duodecim fructus est castitas**

De isto fructu siliter i tractatu de p̄siliis dictũ est / in  
capitulo de castitate. Et iõ de eo nõ est apli? dicẽdũ.

**¶ De generali iudicio. xviii. capitulum.**

**¶ Post tractatũ de fructib?**

**P**spñs sc̄i. de gñali z ultimo iudicio est dicẽ  
dum. Ista est nona dicta. s. a fructibus bo  
norum opex: venire ad iudicium extremũ. De gñali  
iudicio quattuor specialiter sunt notanda. scilz

Signa que premittentur.

Scripta que aperientur.

Verba que dicentur

Facta que sequentur

¶ Signa que premittẽ  
tur erũt sicut quedã per  
emptoria citatio.

¶ Scripta. s. libri q̄ ap̄iẽtur: erũt sicut quedã acta et